Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8496
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



post biduum: et quierunt sui
mi sacerdotes et scribe quomo
do eum dolo tenerent et occide
rent. Dicebant enim. Non
in die festo. ne forte tumul
tus fieret populi. Et cum esset
bethanie in domo simonis
leprosi et recumberet. venit
mulier habens alabastrum vnge
nti nardi pistici pretiosi: et
fracto alabastro effudit super
caput eius. Erant autem quidam
indignantes semetipsos et dicentes. Vt quid
perditio istius vnguenti facta est
Potuerunt enim vnguentum istud
venundari plusquam trecen
tis denariis: et dari paupe
ribus. Et fremebant mecum
istis autem dixit. Sinite eum.
Quid illi molesti estis.
Bonum opus operata est in
me. Semper enim pauperes
habetis vobiscum. et cum volu
eritis potestis benefacere
me autem non semper habetis. Quod
habuit hoc fecit: praeuen
it vngere corpus meum in sepe
liendum. Amen dico vobis:
vbicumque praedicatum fuerit euan
gelium istud in toto mundo.
et quod hoc fecit narrabitur in me
moriam eius. Et cum diis sanctis
dies vnus de duodecim abi
it ad summos sacerdotes: ut
proderet eum illis. Qui au
dientes gaudebant: et promise
runt ei pecuniam se daturos.
Et quaerebat quomodo illum op
portune traderet. Et primo die
azimorum quando pascha im
molabant: dicunt ei discipuli
Quo vis eamus et paremus
tibi ut manduces pascha. Et
mittit duos ex discipulis
suis: et dicit eis. Ite in ciui
tatem: et occurret vobis homo
lagenam aquae portans.
Sequimini eum: et quocumque in
trauerit dicite domino domus: quia
magister dicit. Vbi est refectio
mea: vbi pascha cum dis
cipulis meis manducem.
Et ipse vobis demonstrabit
cenaculum grande stratum:
et illic parate nobis. Et abierunt
discipuli eius: et venerunt in
ciuitatem et inuenerunt sicut
dixerat illis: et parau
erunt pascha. Vespere autem fac
tum cum duodecim. Et
discumbentibus eis et manducan